Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

P.Terentij sex:|| quae extant: Comoediae. An=||dria. Eunuch[us]. Heautontimo=||rumenos. Adelphi. Ecyra.|| Phormio.|| ... [qui]=||b[us] erudita Philippi Melę Brettani p̃posita est epi||stola ... || ...

Terentius Afer, Publius

Lipsiae, 1519

De divisione comoediae

urn:nbn:de:bsz:31-114211

Visual Library

cum in eo comœdia oſtēdebāt. Vtraq; dextra. ſ. & ſiniſtra, mixtos iocos, & grauitatem exprimebant.

DE SCAENA.

¶ Scæna eſt umbraculum ex arboribus conſtructum, a ruſticis prius inumbrationis cauſa compertum, ubi carmia incondita ſæpius decantabant. Eſt autem duplex, uerſilis & ductilis. Verſilis ſcæna eſt quæ ſubito tota machinis quibuſdam conuertebatur, & aliam picturæ faciem oſtendebat. Ductilis uero tractis tabulatis hac atq; illac ſpeciem picturæ nudabat interiorem. Notandum & hoc qđ in ſcæna erāt Pægmata, Peripetaſmata. Aulæa, Pantomimi, præcones, tibicines, citharœdi, cornicines, choraules, organarii, ſymphoniaci, tragœdi, comœdi, funambuli, podarii, & ſiſes.

DE DIVISIONE ACTVVM.

¶ Comœdia uetus paulatim ex numero perſonarum aucta in qnq; actus neq; plures neq; pauciores proceſſit. Sed paulatim attenuato choro, ita ad nouam peruenit, ut non modo non ſit chorus, ſed ne locus quidem illi relinquatur. Quapropter actus (qui in Comœdia ſunt) difficile eſt noſſe in latinis fabulis, ſublato choro qui ſe interponendo actus diſtinguebat. Erat autem chorus ex pluribus ad tibiam concinentibus compoſitus. Non actor alicuiꝰ partis in fabula ſed uelut iudex cenſorq;, qui ſicut recte facta & honeſta probat, ita quæ uitioſa & ſceleſta ſunt reprobat, ita tamen ut actus non interrumperet, ſed per interualla finitorum actuum ſuum cantum interponeret.

DE DIVISIONE COMOEDIAE.

¶ In quinq; partes diuidit̃ Comœdia. in Argumentū, Prologum Protheſim, Epitaſim & Cataſtrophen. Argumentū eſt totiꝰ agēdæ fabl̃æ narratio, q̄ ficta eſt, ſed tamē fieri potuit. Prologus ꝑ præfatio quædā eſt fabl̃æ, in quo ſolo licet ꝓpter argumentū aliqd ad populum, ul̃ ex poetæ, ul̃ ex ipſius fabl̃æ, uel ex actoris cōmodo loq. Differt autem prologus a prologio. Nam prologus eſt ubi poeta excuſatur, aut fabula commendatur. Prologium uero cum tantū

argumentũ deſcribiť. Protheſis eſt prim9 actus fabľæ quo pars ar-
gumenti explicať, pars reticetur ad populi expectationẽ tenendã.
Epitaſis incrementũ ꝓceſſuſq; turbarũ eſt, ac totius mod9 erroris.
Cataſtrophe eſt ↄuerſio rerũ ad iucũdos exitus, patefacta cunctis
cognitiõe geſtoꝝ. Et hæc ſatis de Comœdia. Nũc de metro Iambi
eo pro tempore.

C Iãbicos & Heroicos poetas ſcribit Ariſtoteles oĩm fuiſſe antiqſ-
ſimos, carmẽq; Iãbicũ primũ Tetrametꝝ fuiſſe, & illď ſatiricæ, &
ſaltatiõi magis accõmodatã expriere poeſim. Quod aũt Iambicũ
ante Heroicũ fuerit, uel ex eo nobis inqt Ariſtoteles licet intueri,
qď inter loquendũ plura Iambica nobis ſpõte ſeſe offerũt, & neuti-
q̃ accerſita ſuccurrũt. Heroica uero q̃ rariſſime, & ea ipſa ſummiſ-
ſius loquẽdi excedũt harmoniã. Cœpit a cõtumeliis quidẽ Iambũ,
unde & nomẽ crediť habuiſſe. Sed Polyſtephan9 nomẽ duxiſſe ex-
iſtimat ab Iambe ancilla Metæira Hippocoõtis uxore, q̃ cũ uidiſ-
ſet popularẽ quãdã, alias iocularẽ, mœſtã mulierẽ, ioculares quoſ-
dã & ridiculos de ipſa cõpoſuit uerſus, a q̃ inqt carmẽ Iambicũ, q-
dã illď ab Archilocho originẽ habuiſſe ferũt. Ariſtoteles tñ arbitra
tur inuentũ quod plus cæteris pedib9, oĩb9 cõgruat ſermonibus.

DE DIVISIONE.

C Metra Iãbica aut ſunt Monometra, hoc eſt, q̃ ↄſtant ex duob9
pedib9 ſimplicib9. uel Dimetra ex q̃tuor, uľ trimetra, q̃ ſenis ↄclu
dunť pedib9. Nã breuitas Iambi effecit, ut duo pedes ꝓ uno habeã
tur, uľ tetrametra ex octo, Pẽtametra ex decẽ. Hexametra ex xii. Sed
pẽtametra & hexametra rariſſime inueniunť. Igiť trimetris & tetra
metris frequẽter utũť Comici. Rurſus metroꝝ aliď eſt acatalecticũ
.i. cui nihil deeſt. Aliď catalecticũ hoc eſt cui deeſt. Aliď brachyca-
talecticũ ubi ſyllaba uel temp9 deeſt. Hypercatalecticũ uero ubi ſu-
pereſt uľ ſyllaba uľ pes dimidi9, atq; his oĩb9 gñib9 Comici utunť.

DE PEDIBVS IAMBICI METRI.

C Scribit Hephæſtion Iãbicũ metꝝ in regiõe impari, hoc eſt prĩa
tertia qnta. aut ſi lõgius ꝓducatur, ſeptima, nona (qñquidẽ apď
comicos inueniť ad decẽ uſq; pedes peruenire) Iambũ ſuſcipere. &
per reſolutionẽ lõgæ ſyllabæ Iãbi ĩ duas breues, ibidẽ tribrachum
Admittere etiã ſpõdeũ, ad tardandã Iãbi celeritatẽ, & perſolutio-
nẽ prĩæ ſpõdei, recipere ibidẽ anapæſtũ, & per reſolutionẽ ſecundæ
Dactylũ, & per reſolutionẽ utriuſq; Proceleuſmaticũ. Ita ut recipiat

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg